Libera & Immediata Imperii Nobilitas omniaque & singula ejus mem-  
bra, una cum subditis & bonis suis Feudalibus & Allodialibus, nisi forte in  
quibusdam locis ratione bonorum & respectu territorii vel domicilii, aliis  
Sta-

1647. Statibus reperiantur subjecti, vigore Pacis Religiosæ illimitatæ præsentisque 1647.  
 April. Conventionis in juribus Religionem concernentibus, & Beneficiis inde pro- April.  
 manantibus, penitus æquata maneat supradictis Electoribus, Principibus,  
 & Statibus, nec in iis sub quocunque prætextu impediatur aut turbentur;  
 turbati vero omnes omnino restituantur in integrum.

## XI.

Libera Imperii Civitates prout omnes atque singula sub appellatione Statuum Imperii non tantum in Pace Religionis & præsentis ejusdem Declaratione, sed & alias ubique indubitate continentur, ita ex illarum numero eæ, in quibus unica tantum Religio Anno 1624. in usu fuit, tam ratione Juris Reformandi quam aliorum casuum Religionem concernentium in territoriis suis & respectu subditorum, non minus ac intra muros & suburbia reliquis Statibus Imperii superioribus omnimodo æquales, adeoque de istis generaliter disposita & conventa de his quoque dicta & intellecta sunt. Non attento, quod in iis Civitatibus, in quibus præter Augustanæ Confessionis Exercitium nullum aliud a Magistratu & Civibus juxta morem & Statuta cujusque loci Anno 1624. introductum fuit, aliqui Catholicæ Religioni addicti Cives commorentur vel etiam in aliquibus Capitulis, Ecclesiis Collegiatis, Monasteriis & Cœnobiis ibidem sitis, Immediatè vel Mediatè Imperio subjectis, inque eo statu, qui fuit 1. Januarii 1624. deinceps quoque cum Clero intra prædictum terminum non introducto, & Civibus Catholicis pro tempore ibi existentibus tam activè quam passivè omnino relinquendis, Catholicæ Religionis Exercitium vigeat. Ante omnia vero illæ Civitates Imperiales, quæ sive uni sive utrique Religioni addictæ, ab anno 1624. propter Religionem vel Bona Ecclesiastica ante aut post Transactionem Passaviensem & insecutam Pacem Religiosam, occupata & reformata, vel alias injuriæ Religionis in Politicis quocunque sive extra sive judicialiter aggravatæ sunt, in eum statum, in quo Calend. Januarii prædicti anni 1624. tam in Sacris quam in Profanis prosperrime fuerunt, non minus ac reliqui Status Imperii superiores, plenissime reponantur, inque eo, absque ulteriore turbatione, perinde atque illæ, quæ tum temporis adhuc possederunt, aut interea possessionem recuperarunt, usque ad amicabilem Religionum compositionem conserventur; cassatis Rerum Judicatarum & Transactarum, Litispendentiarum aliisque Art. 2. & 9. enumeratis exceptionibus.

In mixtis denique Civitatibus Imperii, in quibus tam Magistratus quam Cives partim Catholicæ Religioni partim Augustanæ Confessionis addicti sunt (veluti Augustæ Vindelicorum, Duncelspühlæ, Biberaci, Ravenspurgi & Kauffbeuræ) utriusque Religionis publica Exercitia juxta statum anni 1624. illibata semper maneant: neutrique partium alteram de Religionis exercitio, Ecclesiæ ritibus & ceremoniis deturbare fas sit, sed cives pacificè & comiter invicem cohabitent, liberumque Religionis suæ & honorum usum ultro citroque habeant, salvo tamen iis, quæ Politicorum ratione, de Augusta Vindelicorum Duncelspühla, Biberaco & Ravenspurgo superius Art. 2. disposita sunt.

## XII.

Quantum deinde ad Comites, Barones Nobiles, Vasallos, Civitates, Fundationes, Monasteria, Communitates & Subditos, Statibus Imperii Immediatis sive Ecclesiasticis sive Secularibus vel pure & simpliciter vel certis conditionibus & Privilegiis subjectos pertinet, qui anno 1624. quacunque anni parte publicum Augustanæ Confessionis Exercitium, vel etiam privatum habuerunt, retineant id etiam impostero una cum annexis, quatenus illa dicto

1647. diēto anno exercuerunt, ut sunt institutio Consistoriorum, Ministeriorum, 1647.  
 April. tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, Jus Patronatus, aliaque Jura, April.  
 nec minus maneant in possessione & dominio omnium diēto tempore in potestate constitutorum Templorum, Foundationum, Monasteriorum, Hospitalium cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus, usque eo donec de Religione Christiana plene erit conventum, nec a quocunque ulla via turbentur.

## XIII.

Destituti quovis modo, item Religionis causa remoti & ejecti, tam Ministri verbi divini quam scholarum & subditi sine ulla exceptione, in pristinum statum reponantur, iis obtrusi Presbyteri & Religiosi Catholici amoveantur & omnia in Ecclesiasticis & Politicis in statum anni 1624. reducantur, maneatque.

Quod si vero aliqua inter tales Immediatos Imperii Status, eorumque Status Provinciales & subditos supradictos, antehac Pacta intercessissent & Transactiones, Conventiones atque Concessionem de publico vel etiam privato Exercitio Religionis introducendo, permittendo & conservando inita & facta sunt, cujusmodi Pacta, Transactiones, Conventiones & Concessionem, quatenus observantia diēti anni 1624. non adversantur, rata ac firma manento, nec ab iisdem, nisi mutuo consensu recedere liceat. Non attentis sed annihilatis omnibus anni 1624. observantia, utpote quae instar regulae obtineat, contrariis lais Sententiis, Reversalibus, Pactis quibuscunque Transactionibus, & quae Elector Colonienſis, ut Episcopus Hildesienſis, & Duces Brunswicenses & Luneburgenses de Religione Statuum & subditorum Episcopatus Hildesienſis nonnullis Pactis anno 1643. tranſegerunt, & quidem gaudeant & fruantur hac regula Comites, Barones, Nobiles, Civitates Fundationes, Monasteria, Commendae, Communitates, subditi omnes & singuli, praesentes restituti & futuri, imprimis in Episcopatibus & Abbatibus, Mindenſi, Osnabrugensi, Halberstadiensi, Hildesienſi, Monasterienſi, Paderbornensi, Fuldenſi, Hirsteldensi, Corvejenſi & alibi, nec non urbs Erfordia & Höxaria, sicut & Duderſtadium in eandem regulam receptum est, omniaque quovis locorum in contrarium statuta abolentur.

Illi vero Catholicorum subditi Augustanae Confessione addicti, ut & Catholici Evangelicorum subditi, qui anno 1624. publicum Religionis suae Exercitium nulla anni parte obtinuerunt, quotquot eorum sese huic vel isti Religioni addictos intra trimestre post Pacem publicatam providebuntur (cujus professionis quivis Magistratus aut Notarius testimonium sufficiens requirenti in scriptis exhibere teneatur) una cum dependentibus & familia, Religionis causa solum vertere, bona venundare & emigrare nullatenus cogantur; sed conscientia libera domi suae tuti, precibus piisque hymnis & lectioni divinarum aliarum scripturarum liberè vacent, neque ullo modo prohibeantur apud finitimos, ubi & quoties libuerit publico Religionis Exercitio interesse vel liberos suos exteris Evangelicis scholis aut privatis domi praceptoribus instruendos committere, vel è vicinia sacerdotes accerfere, quoties jungenda matrimonia, vel infantes sacrum Baptisma, vel ægrorum imbecillitas usum Dominicæ Cœnae, verbique Divini solatia exposcunt. Æquum vero est, ut ita admissi verbi Ministri modeste se gerant, & in terminis dictorum negotiorum se contineant, adeoque si in Civitatibus Imperialibus, earumque territoriis aut alibi ejusmodi comitatus pactis aut consuetudine illigentur, ea rata sunt. Quo minus autem tam Catholici æque ac Politici suis tam Evangelicis quam Catholicis subditis Exercitium Religionis alterutrius pro arbitrio concedere possint, nullis legibus, aut juramenti prohibeantur.

Sive

1647.  
April.

Sive autem Catholici sive Evangelici fuerint subditi, nullibi ob Religionem despiciantur, nec à mercatorum, trium communione, hereditatibus, legatis, hospitalibus, leproforiis, præbendis, elemosynis aliisque juribus & commerciis, multo minus publicis cæmeteriis honoreque sepultura arceantur, aut quicumque pro exhibitione cadaverum a superstitionibus exigatur: sed in his & similibus pari cum convicibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti. Quod si sua sponte migrare subditi voluerit, aut suum vendere, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per Ministros administrare, & quoties ratio id postulat ad sua redire. Emigratio hæc voluntaria, prætextu servitutis aut alio nequiquam impediatur, aut migraturis testimonia nativitatibus, ingenuitatis, manumissionis, noti opificii, honestæ vitæ denegentur, nec iidem Reversalibus inusitatis, aut clausulis vel juramentis de non mutanda Religione, aut etiam detractionibus, plus æquo extensis prægraventur. Ast illis Catholicorum subditis, qui post prævatum semestre spatium Augustanam Confessionem atque Evangelicorum subditis qui elapso modo dicto termino Catholicam Religionem amplectuntur, aut quibus hereditatis, connubii, aliave occasione & titulo bona obtingunt, ab eo tempore quo unicuique (nec non Edictalis justitiam sufficiat) à Magistratu, ut emigret, tertia vice injungitur, quindecim anni concedantur quibus currentibus vel bona vendat, & absque omni detractione pretii alio commigret, vel nolens vendere, 15. annis præterlapsis, necesse quidem habeat, in alias terras se conferre, liberum vero ipsi sic bona per ministros Religionis in territorio unde abiit, publicè usitatæ, administrare, & quoties ratio rei familiaris & Oeconomix exposcit citra specialem licentiam ad eam commeari atque 3. quatuorque septimanas ibi commorari. Subditi præterea quibus migratio uti dictum est, necessaria, pendente quindecimo, eodem jure fruantur, quo ceteri qui migrationis libero gaudent arbitrio. Quod ad Civitatum Imperialium Cives, incolas & subditos attinet, observetur post hac termini conventi status.

1647.  
April.

## XIII.

Silesii etiam Principes, Statusque Evangelici, una cum Ducatibus & ditionibus hereditariis ipsorumque subditis, ut & Civitas Uratislaviensis Religionis Augustanæ Confessionis Exercitio publico ac jure, quo vigore literarum Majestaticarum anno 1621. per Transactionem confirmatarum gaudent, tam in Feudalibus quam Allodialibus suis terris fruantur, amotis gravaminibus quam pristinum illum religionis cultum violant: neque novo ordine Jesuitico Uratislavia oneretur, sed is ab urbe & suburbiis penitus arceatur, & ii, qui ex eodem ordine & numero, se post dictum annum ingesserunt omnino recedere cogantur.

In regno Bohemix, Marchionatu Moravix & hereditariis Austriacæ Domus Superioris, Inferioris & Interioris Austriæ provinciis, recipiant Augustanæ Confessionis addicti templa, scholas, hospitalia, orphanotrophia cum suis proventibus & publico Religionis Exercitio, sicut ea omnia & singula literis Majestaticis, aliisque Pacis & Privilegiis magnoque impendio acquisiverunt & habuerunt. Præcipuè vero subditis divinitus concessa conscientix libertas inviolabiliter servetur, nec quisquam ob religionem Augustanæ Confessionis comprehensam, loco, bonis aut Dignitatibus cedere cogatur, ejecti vero plenarie restituantur.

## XIV.

Palatini Solisbacensis Status Provinciales & subditi, nec non Viduæ Palatinæ Hilpoltsteinensis Officiales & Ministri indigenæ & alienigenæ restituan-

1647. April. situantur in eum statum quo d. i. Januarii anno 1624. fuerunt, cassatis & abolitis omnibus a Palatino-Neoburgico in contrarium hactenus attentatis. 1647. April.

## XV.

A sola qualitate Feudali vel Subfeudali, five a Regno Bohemia, five ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii five aliunde procedant, Jus Reformandi non dependeat; sed feuda ista & subfeuda, nec non Vassalli, subditi & bona Ecclesiastica, in causis Religionis, quicquid juris Dominus Feudi prætendat, introduxerit, aut sibi arrogarit, ex statu anni 1624. d. i. Januarii perpetuo censeantur, quæque judicialiter vel extrajudicialiter innovata fuerint, tollantur. Territorii jure, vel ante vel post terminum anno 1624. controverso, donec super Possessorio & Petitorio cognoscatur & decidatur, possessori præfati anni, idem jus in iis locis, ubi Catholici & Augustanae Confessionis Status ex æquo Jure Superioritatis fruuntur, tam ratione publici exercitii, quam aliarum rerum religionem concernentium, idem, status maneat, qui fuit d. anno dieque. Sola Criminalis jurisdictio, *Cent-Gericht*, solumque Jus Gladii & Retentionis, Patronatus, Filialitatis, neque conjunctim neque divisim, Jus Reformandi tribuunt; Quæ itaque hoc colore reformationes huc usque irrepserunt, pactisve intrusa sunt, cassantur, gravati restituuntur, & imposterum ab ejusmodi penitus abstinetur.

## XVI.

Ratione Redituum cujuscunque generis ad bona Ecclesiastica eorumque possessores pertinentium, ante omnia observetur id, quod in Pace Religionis §. Dagegen sollen die Stände, so der Augspurgischen Confession &c. Alsdann auch denen Ständen der alten Religion &c. dispositum invenitur. Illi vero Reditus, Census, Decimæ, Pensiones, quæ vigore jam dictæ Pacis Religionis, Statibus Augustanae Confessionis, ob Mediatas vel Immediatas Fundationes Ecclesiasticas, ante vel post Pacem Religiosam acquisitas, è Catholicorum provinciis debentur, quorumque in possessione vel quasi percipiendi Anno 1624. d. i. Januarii fuerunt, absque ulla exceptione solvantur. Si alicubi etiam Augustanae Confessionis Status quadam Protectionis, Advocatiæ, Aperturæ, Hospitationis, Operarum, aut alia Jura, in Catholicorum Ecclesiasticorum ditionibus & bonis, five intra five extra Territorium sitis, legitimo usu aut concessione habuerunt, quemadmodum etiam Catholici Status, si quid ejusmodi ipsis circa bona Ecclesiastica Augustanae Confessionis Statibus acquisita competit, omnes ex æquo jura sua pristina retineant; ita tamen, ut ne per usum ejusmodi jurium, Bonorum Ecclesiasticorum reditus nimium prægraventur & exhauriantur.

Reditus etiam, nec non Decimæ, Canones & Pensiones Augustanae Confessionis Statibus, Fundationibus jam destructis & collapsis, ex alienis Territoriis debita, iis exsolvantur, qui Anno 1624. d. i. Januarii in possessione perceptionis vel quasi fuerunt: quæ vero ab Anno 1624. destructæ fuerunt aut in futurum concident, earum pensiones etiam ex alienis territoriis, Domino destructi Monasterii seu loci, in quo id firmam fuit, exsolvantur.

Quæ itidem Fundationes d. i. Januarii 1624. in possessione vel quasi Juris Decimandi è bonis Novalibus in alieno Territorio, fuerunt, sint etiam imposterum: nihil autem novi juris quærat. Inter ceteros Status Imperii & subditos id juris esto, quod Jus Commune vel cujusque loci consuetudo & observantia, de Decimis ex bonis novalibus constituunt, aut per pactio- nes voluntarias conventum est.

Dierdter Theil.

C

XVII.

1647.  
April.

## XVII.

1647.  
April.

Jus Diœcesanum & tota Jurisdictione Ecclesiastica cum omnibus suis speciebus, contra Evangelicos Electores, Principes, Status, comprehensa Libera Imperii Nobilitate, eorumque subditos, tam inter Catholicos & Evangelicos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis Status, penitus sublata esto, & intra terminos Territorii cujusque Jus Diœcesanum & Jurisdictione Ecclesiastica se contineat. Ad consequendos tamen Reditus, Censuræ, Decimas & Pensiones, in iis Evangelicorum ditionibus, ubi Catholici Anno 1624, notoriè in possessione vel quasi Exercitii Jurisdictionis Ecclesiasticæ fuerunt, utantur eodem posthac quoque, sed non nisi in exigendis hisce pensionibus, & quidem nisi post tertiam demum denunciationem. Catholicorum Evangelici Status Provinciales & subditi, qui Anno 1624, Ecclesiasticam Jurisdictionem agnoverunt, in iis casibus modo dictæ Jurisdictioni subsint, qui Evangelicam Religionem nullatenus concernunt, si nempe loco reorum fuerint, modo tamen occasione processus, nihil ipsis injungatur, quod conscientias ipsorum turbet. Eodem etiam Jure Evangelicorum Magistratum Catholicos subditi censeantur. In quibus Civitatibus vero Imperii mixtæ Religionis Exercitium in usu est, de quibus supra actum est, Catholicis Episcopis, contra Cives Evangelicos nulla fit Jurisdictione; at Catholici suo jure experiantur.

## XVIII.

Utriusque Religionis Magistratus severè & rigorosè prohibeat, ne quisquam publicè privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam vel hanc in primis sive Declarationem sive Transactionem usquam impugnet, dubiamve faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contrarii hætenus vel editum vel promulgatum publicatumve fuerat, irritum esto: sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut in judiciis ex causis Pacem Religiosam aut hanc Transactionem tangentibus resultet, resque ad Paria Vota deveniat, de eo inter utriusque Religionis Proceres non nisi amicabili ratione transigatur.

## XIX.

In Conventibus Deputatorum Imperii Ordinariis, numerus ex utriusque Religionis Proceribus æquetur; de personis autem in Comitibus proximis statuatur. In horum Conventibus, itemque Comitibus Universalibus, sive ex uno sive duobus aut tribus Imperii Collegiis, quacunque occasione aut ad quæcunque negotia deputandi veniant, æquetur Deputatorum numerus ex utriusque Religionis Proceribus. Ubi Extraordinariis Commissionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Augustanæ Confessionis Status versatur, soli eidem Religioni addicti deputentur; Si inter Catholicos, soli Catholici; Si inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, utriusque Religionis pari numero Commissarii denominentur & ordinentur. Placuit etiam ut Commissarii quidem res a se gestas referant, Votaque quidem sua subjungant, instar tamen sententiæ nihil definiant.

## XX.

In causis Religionis & Collectarum, omnibusque aliis negotiis, ubi Status, tanquam unum Corpus considerari nequeunt, ut etiam Catholicis & Evangelicis in duas partes euntibus, sola amicabilis compositio lites dirimat, non attenda Votorum pluralitate.

## XXI.

1647.

April.

April.

Præterea ad commodiorem justitiæ administrationem, visum est Cæsareæ Majestati totique Imperio consultum, imprimis ut Camera Imperii Egram transferatur (quicquid tamen Regno Bohemiæ in Civitate Egrana juris competere, salvo) tum ut Assessores ab & è Circulis Imperii præsententur, & quidem ex unoquoque numero quinque; quibus ut Electorum quique unum addat, integrum erit.

Sint hi numero ex utraque Religione pares, & ad melius consequendam hanc paritatem, præsententur:

	Evang.	Cathol.
A Circulo Electorali Superioris Saxonie	2.	3.
Austriaco	5.	5.
Burgundico	5.	5.
Franconico	3.	2.
Bavarico	1.	4.
Svevico	3.	2.
Superiore Rhenano	3.	2.
Westphalico	3.	2.
Inferioris Saxonie	5.	5.

Præsidum, è quibus unus Judicis locum sustinere debeat, denominatio pendeat à solo Cæsare, dummodo & eorum unus Evangelicæ, alter Catholicæ Religionis sit consors. Nec ulli Statuum aut alii cuicumque liceat impofterum, prætextu Privilegiorum & Exemptionum, semet Jurisdictioni Cameræ subtrahere. Ministri Cancellariæ & Justitiæ cooptentur ibidem ex utriusque Religionis numero æquali.

Consilium Imperatoris Aulicum in Causis Ecclesiasticis & è Pace Religionis promanantibus, cognitionem non habeat: in reliquis vero concurrentiæ cum Camera quidem locus relinquatur, ita tamen, ut in causis Politicis inter Evangelicos cum Catholicis, sive inter Evangelicos cum Catholicis, sive inter Evangelicos solos decidendis, pares numero ab utraque Religione adhibeantur, atque huic fini ad minimum octo Augustanæ Confessionis docti & rerum Imperii periti viri, ex Imperii Circulis in Aulicum Consilium adsciscantur. Processus ex præscripto Ordinationis Cameræ examussim ibidem observetur à Præsidibus & Consilio æque ut in Camera; Visitationibus & Revisionibus, Promotorialibus & Extraordinariis Commissionibus, utpote quæ remoram cursui justitiæ injiciunt, plane extinctis. Jurisdictio tamen Statuum, Privilegia Primæ Instantiæ, Aufregarum jura & Privilegia de non appellando, illibata sunt, nec per mandata aut Commissiones, aut quovis alio modo turbantur. Nec Consilarii Cæsarei Secretiores, multo minus quos vocant Conscientiæ, sint Judiciorum Imperii participes, nec iis Actorum isti fini fiat communicatio.

Donec autem Consilium hoc Aulicum hunc in ordinem redactum fuerit, concurrentia modo dicta maneat in suspenso. Inferioris tamen Saxonie Circulo, ob loci distantiam aliasque rationes, concessum est, ut arbitrio reorum relinquatur, utrum in Aula Cæsarea an Camerali, litem velint suscipere. Acta, quæ vel in Aula Cæsarea vel in Camera Spirensi huc usque ventilata sunt, arbitrio reorum propediem ad locum Judicii novi Cameralis remittantur; cessante de his Consilii Aulici Jurisdictione.

1647.  
April.

Dubia hisce in duobus Judiciis Superioribus emergentia remittantur ad Comitata Imperii Universalia: & quod ratione perficiendi Processus in puncto Justitiæ restat, nec in nupero Deputatorum Conventu Francofurti celebrato, discussum reperitur, de eo mature deliberabitur; Quicquid circa translationem Camerae ex usu futurum sit, indagabitur & post pacem confectam differetur, ante tamen dissolutionem hujus Conventus expediatur.

1647.  
April.

Tandem Judiciis Rotwilensibus, Landvogtejar Suevicar, Hagenoviensibus & aliorum istiusmodi Dicasteriorum Provincialium, Status Imperii eorumque subditos in jus trahentium Jurisdictio cesser & antiquata esto.

## §. XXVI.

Die Kayserlichen exhibiren denen Evangelicis eine nähere Erläuterung derer differenten Articulen.

Jedoch, ehe die Schweden mit ihrer formula Instrumenti Pacis fertig werden konnten, bekamen die Kayserlichen Gesandten ohngefähre Nachricht, von denen ab Evangelicis bemerkten irrigen Punkten, ließen daher am 7ten April einige derer selbst zu sich kommen, und eröffneten ihnen, nach mehrern Inhalt, des folgenden Protocollis sub N. I. welchermaßen Sie inzwischen noch eine nähere Erläuterung ihrer Seite zu Papier gebracht hätten, welche ihnen noch selbigen Tag vom Legato Wolmar zugestellt werden sollte, wie ab N. II. erhellet, mit der angehängten Erklärung, daß, wann Evangelici damit zufrieden seyn wollten, Sie dabey von Kayserlicher Majestät und dem Reiche manutentiret und geschützet werden sollten; wo aber nicht, so würde man Kayserlicher Seite gegen denjenigen, so damit nicht zufrieden wäre, in keiner Obligation stehen. Hierdurch wurde nun eine große Spaltung unter denen Evangelischen Gesandten veranlaßet, indeme Magdeburg, Braunschweig Lüneburg und Hessen-Cassel, darvor hielten, daß die Evangelischen nunmehr nicht befugt wären, über diese Punkten, weil solche in die materialia Tractationis einschlugen, einseitig unter sich zu deliberiren, da man erst noch

wordurch eine Spaltung unter denen Evangelischen entsetzet.

kurz verrückter Tagen denen Schweden die Vollmacht erteilet habe, nomine communi mit denen Kayserlichen zu handeln und zu schließen: Diese Proposition wäre nicht ohne Ursache, sondern zu dem Ende geschehen, damit die Evangelischen mit denen Schweden zerfallen sollten: Magdeburg entäußerte sich demnach, nebst denen übrigen gedachten beyden Gesandtschaften, des Directorii und Rathgangs bey solcher Consultation, und wolte sich anfänglich zu einer gefährlichen Trennung unter denen Evangelischen selbst, anlassen; jedoch, als die andern erfuhren, daß die Schweden nichts daraus machten, so hörte das Schisma bald auf, und wurden die gemeinschaftlichen Consultationes wieder fortgesetzt. Welche, nebst dem weitem Verfolg des puncti Gravaminum, hiernächst in dem Neun und Zwanzigsten Buch erzehlet werden sollen, wann wir vorher die Tractaten wegen Pommern mit Chur-Brandenburg, dann, was in der Chur-Pfälzischen Restitutions- ungleichen der Hessen-Casselschen Satisfactions- und Marburgischen Successions- Sache vorgekommen ist, der Ordnung gemäß, beschrieben haben.

## N. I.

Protocollum d. 12. April 1647.

Als den 6. April bey dem Herrn Magdeburgischen, die aus derer Kayserlichen letztern Aufsat in puncto Gravaminum befundene Differentien durchgangen, und eine Gegen-Erklärung dergestalt zu thun gut befunden worden, daß man die Herren Schwedischen deren informiren und sie benebst generaliter dahin ersuchen sollte, solche noch streitige Punkten, so weit die immer absque continuatione belli zu bringen, zu behaupten, und darbey das, so vordessen bewilligt, aber im erstgedachten Aufsat